



suadet pietas & iure quodam postulat
suo.

Accipe igitur, **MECOENAS GRATIOSE**,
istum libellum, quem in usum iuuen-
tutis scholasticae, cuius studiis mode-
randis **IPSE** iam eminentissime apud
nos praees, ita explicui, ut paullo fa-
cilius foret intellectu. Hanc quippe,
hactenus operam dedi, quantum licuit,
ut plerique Auctores veteres, quos
Classicos appellamus, & noti fierent,
iuuentuti, & cum fructu praelegeren-
tur, ipsa autem in eam simul & maxi-
me sanam adduceretur opinionem,
non temere aliunde, nisi ex antiquis
fontibus dulces aquas hauriri, atque
hos omnino praestare rivulis illis, quos
recentis aevi Scriptores hinc deriua-
runt. Quae mea sententia cum a
prudentissimo quocumque, & qui littera-
rum instituta perspecta habent, probe-
tur, cumque legibus Gymnasii nostri
conueniat, & quod caput est, **Tuo**
a 4 etiam,